FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Alte Drucke

F. IOAN. DVNS || SCOTI, || DOCTORIS SVBTILIS, || ORDINIS MINORVM, || Theologorum omnium || PRINCIPIS, || Disputationes Collationales. || Nuperrime à ...

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISPVTATIO. XIII.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150343

Visual Library

includit ſibi oppoſita relatione ſ. filiationem. ergo &c. ¶ Ad illud dicitur, ꝙ duplex eſt obiectum adæquatum, vel adæquatum, & primum ſm prædicationẽ, ſicut color eſt primum obiectũ viſus adæquatum, quia quicquid vr̃ eſt coloratũ. Aliud eſt obiectũ primũ, & adæquatũ ſm eminentiã, & virtualiter. & tale non eſt formaliter paternitas, quia non includit filiationem, ſed tale primum obiectum eſt deitas.

AD ARGVMENTVM dico, pater intuendo aliqđ obiectum gignit verbum, ita ꝙ intuitio obiecti non ſit formalis ratio prædicati. ſ. gignitionis verbi, ſed pater dũ intuetur eſſentiã gignit verbũ, quia gignitio eſt expreſſio formalis verbi ab eſſentia, ita ꝙ obiectũ, vt intellectũ nõ habet ita pfectã rõnẽ, ſicut vt ſubſiſtẽs, qa obiectũ intellectũ eſt ens rõnis, & iõ nõ gignit verbũ, niſi dũ intuet obiectũ, quod põt dici gignere verbũ, ſicut rõ formalis gignitionis. ¶ Tũc ad formã argumenti. cum dicis eſſentia eſt principalis rõ parẽtis, ergo filius eſt filiꝰ eſſentiæ. ¶ Rñdeo, dico, ꝙ non valet eſſentia eſt principalis ratio gignendi, ergo eſt gignens, ſed eſt fallacia figuræ dictionis, cõmutando quale, in hoc aliqd, quia ratio principalis formalis gignendi dicit quale, quid. gignens dicit hoc aliquid, quia actiones ſunt ſingulariũ, & ſuppoſitorũ, exprimens ſiue gignẽs ſemp dr̃ ab expreſſo, ſiue genito, quia nihil eſt quod ſeipſum gignat primo de tri. c. primo. ergo ſi eſſentia exprimẽs notitiã genitã, vel verbum, tũc eſſentia diſtincta eſſet a verbo. quod nõ eſt verũ, & concedo ꝙ verbum exprimit ab eſſentia, ſiue a cauſa formali, & a patre, tanq̃ ab exprimente diſtincto. ¶ Ad aliam probationem, dico ꝙ verbũ poteſt dicere expreſſionem diſtinctam ab exprimente, & hoc eſt relatio realis verbi. Alio modo poteſt dicere determinationem eius, de quo eſt, & ſic concedo ꝙ verbum eſt notitia declaratiua eſſentiæ ſicut verbum in nobis eſt declaratiuũ filius, quod diffinitur. ¶ Ad argumentum dicitur, ꝙ maior eſt falſa, loquendo de alia relatione.

1. de trini.

DISPVTATIO. XIII.

Vtrum per naturalem inueſtigationem de Deo poſſumus cognoſcere quid eſt.

VTRVM per naturalem inueſtigationem de Deo poſſumus cognoſcere qd eſt. ¶ Arguit ꝙ nõ, ſic ſe habet ad phantaſmata intellectus, ſicut ſenſus ad ſenſibilia, ergo non intelligimus, niſi phãtaſmalia. ¶ Itẽ Damaſcenus libro primo c. ſcđo. ¶ Itẽ c. quarto ¶ Item Dionyſius de diuinis nominibus capitulo ſecundo.

Dam. li. primo Diony. de di no. c. 2.

AD QVÆSTIONEM, quia quærit quid eſt Deus. Rñdetur bene, ꝙ eſt ſubſtantia incorporea &c. ſed hoc inueſtigamus per naturalem rõnẽ, ergo, & qd eſt Deus. ¶ Itẽ Augu. ſuper Io. ſermone primo. Cum audis Deus, magna q̃dã ſubſtantia facta eſt in corde tuo. ¶ Ad qõnẽ, primò videnda eſt opinio Philoſophi. Dico ſecundum eum ꝙ notitia prima, & confuſiſſima, q̃ habetur de re, eſt notitia qua ſcitur qd ſignificatur per nomẽ, & iſta

Augu. ſu per Io.

iſta eſt magis ſuppoſitio, q̃ ſcientia, vel notitia & nõ determinat ſibi eſſe, quia contingit ſignificare, quæ nõ ſunt. primo poſteriorũ. ¶Secunda notitia eſt ſcire ſi eſt, quod ſignificat per nomen ſi. ſ. aliquid eſt in natura, quia quod non quæritur de eo, niſi quid nominis. Iſtud ſi eſt, ſecundũ eũ põt haberi per ſe, & ꝑ accidens, & ſm Lincon. tũc habemus ſi eſt per ſe, qñ habemus ꝑ ſpẽm rei. Et per accidẽs, qñ ꝑ ſpẽm alterius. Exemplũ, ſiquis eſſet ſup lunã per ſe ſciret eclypſim. In terra autem ſciret per accidẽs eclypſim ſi eſt, ſicut enim, ꝙ aliquid intereſt, ſed an hoc ſit interpoſitio talis. neſcit, loquendo de ſe primo mõ ſecundũ eũ, quia quæ vere ſunt, habẽt ſi eſt faciliter põt hr̃e de q̇d eſt. ſecundo mõ, ſi eſt nullo mõ ſe habet ad quid eſt. ¶ Ex iſta ſententia Ariſtotelis nullus poteſt habere cognitionem quid eſt de Deo, nec de ſubſtantia, patet ꝓ non de Deo, quia ꝙ nec de ſubſtantia poteſt ſimiliter, quia non cognoſcimus ſubſtãtiã ꝑ propriã ſpẽm. Aliter cognoſceremus ſubſtãtiã panis in hoſtia cõſecrata.

CONTRA, accidentia cõferunt magnam partem ad cognoſcendum quod quid eſt &c. ¶Item de Deo, patet non enim inuocaret, ſi nõ ſciret. ideo dico, ꝙ philoſophus ſic intelligit, cõtingit de accidẽte nõ hr̃e conceptũ, niſi accidens in cõi, & q̇d habet, & cõtingit hr̃e cõceptũ illius, cui ineſt. ſed q̇d illud eſt, nõ habet aliq̇s ex hoc. ¶ Ideo ex ſpẽ ſola accidẽtis hr̃ ſolum conceptus ſubſtãtię, iõ nec ex ſi eſt, hr̃ ſic cognitio quid eſt, ſed contingit ſcire, ꝙ inhærẽtia ſtat ad ꝑ ſe ſtãs, & cõtingit hr̃e conceptũ ꝑ ſe ſtãtis, & hic eſt conceptus ſubſtãtię, ideo hñdo ſi eſt ſpẽm alienam accidẽtis, hr̃ quid ſubſtantię ſm genus vniuerſaliſſimum, & quantũ habeo ſi eſt, ſic per accidẽs tñ de eius quid eſt. vñ per ſpẽm creaturæ cognoſcimus quia eſt, & ẽt quia eſt actus purus &c. ideo cognoſcimus de Deo quid eſt, ꝑ ſpẽm alienã, tñ iſta cognitio quia eſt per ſpẽm alienã, non eſt facialis, vt res videatur, ſicut eſt in ſe. ſed ſicut relucet in effectu, ſic patet ſentẽtia philoſophi. Modo in ſpeciali videndum, quomodo cognoſcimus de Deo, vel ſubſtantia quid eſt. ideo videndum eſt, quõ ſubſtantia lucet in accidente, vel Deus in creatura. ¶ Quidam dicunt, ꝙ ſubſtantia non relucet in accidente ſecundum rõnem propriã, qua nõ vniuocatur accidenti, ſed ſecũdũ rõnẽ cõem, qua viuificatur accidenti, ideo vt lucet, & continet in accidẽte, cõtinetur ſm rõnẽ vniuocam ſibi, & accidẽti, ſic eſt de Deo, & creatura. vnde Deus cognoſcitur ſecundum conceptum vniuocum Deo & creaturæ, ideo non cognoſcimus quid propriũ. ¶Item, nullum abſolutum facit conceptum in intellectu de aliquo, niſi contineat ipſum formaliter. ſicut inferius continet ſuperius, vel virtualiter, ſicut ſubiectum continet proprias paſſiones, accidens non continet ſubſtantias, nec phantaſma continet Deum neutro modo, ergo &c. ¶Item, ens ordinis ſuperioris non relucet in ordine entis inferioris, niſi inferiori modo creatura, vt accidens eſt ens inferioris ordinis, q̃ Deꝰ, & ſubſtãtia. ergo ſecundum propriam rationem, qua Deus excellit crea-

creaturam,non relucet in crea-
turam,ergo &c. ¶Item cognitio
eſt per aſſimilationem, ſed ſecũ
dum proprias rationes, non aſ-
ſimilatur.ergo &c. ¶Item, quan
do facimus attributiones ad
Deum,remouemus a perfectio-
nibus imperfectiones in creatu
ra, & illud quod remanet attri-
buimus Deo,quæro ſi illud re-
manens ſit vniuocum Deo, &
creaturæ.ſi ſic,habeo propoſitũ.
Si non,non magis attribuitur ſa
pientia Deo,quàm lapis. ¶ Item
in conceptibus vniuerſalis ha-
bentis ſingularia imaginabilia
propria poſſumus ſtare fixi,non
autem in non habentibus,veri-
tas non habet proprium ſingula
re imaginabile ſecundum Au-
guſtinum∽. Cum audi veritas
nati, quære quid veritas, ſtatim
obijciunt phantaſmata &c. ¶Itẽ
omnis intellectus certus de vno
conceptu,& dubius de duobus,
habet vnum communem neu-
trum,aut intellectus ſimul eſſet
certus & dubius de eodem,phi
loſophi certi fuerunt de primo
principio,quoſt eſt ens.dubij au
tem an hoc ens &c. & ideo ſta-
bant in conceptu vno certo præ
ter vtrumque dubium∽. ¶Item
omnis conceptus communis in
determinatus,a quo ſi deſcende
retur in determinatos prædica-
tur de eis per ſe,& in quid præ-
dicatur vniuoce de eis. Huiuſ-
modi eſt conceptus entis reſpe-
ctu Dei & creaturæ. ¶ Ad aliud
de vnitate dico, ꝙ licet non ha-
bet ſingulare proprium in intel
lectu, habet tamen aliud ſingu
lare commune∽. ¶ Ad illud de
conceptu certo & dubio, dico
ꝙ conclusio eſt vera, ens habet
conceptum vnum ſecũdũ quid
vnitate.ſ.aggregationis,& con-
fuſionis, non tamen vnitate, vni
uocationis. ¶Ad aliud cõceptus
non remanet in eis vnus ſimpli
citer,ſed vnitate confuſionis.

AD QVÆSTIONEM
dico,ꝙ non poſſumus intellige-
re Deum quid eſt faciliter per
ſpeciem creaturæ,ſed tantum ſe
cundum conceptum proprium,
qui eſt vniuocus creaturę,ſed vt
excellit creaturam: ex creatura
autem poſſumus intelligere, ꝙ
creator eſt,ſed non quid eſt. hic
cognoſcendo,quod producit de
nihilo, & eſt actus purus intel-
ligibilis, & quantum ſic cogno-
ſco cognito de eo ſi eſt, tantum
cognoſco cognito de eo, quid
eſt.& ſic habebo diffinitionem
de eo:ſed ſecundum hoc intelle
ctus noſter vertendo ſe ad par-
tem diffinitionis,habemus quid
virtualiter creaturæ,tamen quia
animus non ſtat in iſta parte, ab
ſtrahit a Deo iſtos conceptus,
& ſtat per ignorantiam, & nega-
tionem.& hæc eſt vera cognitio,
quam habemus de Deo hic.Di-
ctum eſt ꝙ cognoſcimus de∽
Deo,quid eſt.

¶ Contra, ſupeminentiſſimi
ſunt ſuper bonum &c. ſecundũ
Dyõ.ca.tertio,illi conceptus re-
mouentur a Deo.ergo non ſunt
quiditatiui, & proprij cõceptus
Dei. ¶Dico ꝙ conceptus cõclu- *Dionyſ.*
ſi per modum complexionis cõ
ueniunt Deo, nec conueniunt
creaturę, huiuſmodi ſunt conce
ptus conpoſiti,non autem ſim-
plices cõceptus,cuiuſmodi ſunt
conceptus entis, boni &c. Nam
tales conceptus dicuntur vniuo
ce de Deo & creatura.

AD ARGVMENTVM
dico, ꝙ duplex eſt remotio, vna
a Deo,alia ab animo. Exemplũ,
ſi occurrat conceptus ebrij, vel
ſu-

ſuperbi remouetur a Deo. ſi autem occurrat ſuper bonus, huiuſmodi debet remoueri ab animo, quia per hoc intellectus intelligit aliquod compoſitũ, ſed intendit aliquid aliud amare, quod eſt ſimpliciter ſimplex. Sed quia primus modus ſuper bonum &c. eſt modus compoſitus non placet animo. ideo ſtat in ignorantia, ideo licet in altiſſimo cõceptu nihil cõcipimus, niſi mõ compoſito, tñ intendimus conceptũ ſimpliciter ſimplicẽ, quia illũ habemus in cõi tñ, & cõfuſiſſimũ, & cõem Deo, & creaturæ. ¶ Quod ens non ſit cõe virtualiter probo, nulla intentio vniuoca ſtatim eſt in ſua inferiora, ſed deſcendit in ea ꝑ addita, vt animal non eſt ſtatim homo & aſinus, ſed deſcendit in ea per differentias, & ita per addita. ergo ẽt ſi eſt vniuocũ ſubſtantiæ & accidenti, non eſt ſtatim ſubſtantia & accidens ſed deſcendit in eas per differẽtias, quæro igitur vtrum prædicetur de illis differentiis in quid, vel non. Si ſic, ergo non ſunt differẽtiæ: ſimiliter tunc illæ cũ includant ens quiditatiue erunt differentes aliis differentijs, & non primo diuerſæ, & de illis differẽtiis ſimiliter eſt quærendũ. ¶ Si dicas non. ergo cũ ens hẽt differentias, & non prædicatur de eis in quid, per te eſt genus. ¶ Item omne diuiſibile diuiditur in diuiſione primaria diuiſione bimẽbri ſm Boe. lib. diuiſionum. ¶ Similiter hoc patet ꝑ rõnẽ, qa omnis diuiſio eſt monade ſm eſſentialẽ partitionẽ, ſed prima diuiſio entis eſt in decẽ gña. ergo non eſt vnũ. ¶ Dices, diuidit in ens in alio, & ĩ ens nõ in alio. CONTRA, ideo intentio entis eſt vniuoca ſubſtantiæ, & accidenti ſm te, quia ſubſtantia non concipitur, niſi per ſpeciem accidẽtis, ideo ſm modũ vniuocum continet, ergo ꝑ oppoſitũ, cũ nouẽ accidentia concipiant, per ſpecies proprias cõcipiunt. ¶ Item intentio vniuoca nõ deſcendit in alterũ vniuocatorum cauſaliter mediante alio altero vniuoco. verbi gratia, animal ęque deſcendit in hominẽ & in aſinũ, ita ꝙ neutrum eſt cã animalis deſcendendi in alterum. Hoc patet ratione, quia aliter differentiæ non eſſent coæuæ in gñe. ¶ Similiter nec eſſent in potẽtia in genere, ſed in actu, quia ſumo ſignũ naturæ in quo intelligo animal, in alio ſigno immediate intelligere poſſum aſinũ, ſed non ſic ſi hõ prius intelligeretur, quia eſt cã intelligendi aſinũ: ſi detur oppoſitũ in primo ſigno intelligere hominẽ, & in conceptu animalis intelligeret homo. ergo &c. ſed ens eſt talis intentio, quia non contingit deſcendere ab eo in ens creatum analogum, niſi mediante intellectu entis, quod eſt Deus. ergo nõ eſt vniuocũ eis. Probatio minoris, in intellectu enim huius inquantũ hæc. ſ. creatura includit reſpectus ad ipſum Deum cuius participatione eſt, non enim eſt intelligibilis, niſi vt includit reſpectum ad Deum, ſed Deus intelligitur ſine reſpectu, ſed vnũquodque includens aliud, & nõ econuerſo poſterius eſt eo, ideo ordine tali deſcendendo ab ente ad hoc ens, oportet deſcendere mediante ipſo intellecto. ¶ Item per naturam indeterminata ſunt prius intellecta, huiuſmodi eſt Deus, quia ens analogũ ad decẽ eſt indeterminatũ,

Boetius.

ſed determinabile per modos, Deus autem non eſt determinabilis. ergo magis eſt indeterminatus. ¶ Item ponatur ꝙ aliqs habeat conceptum iuſti in cõi, & nondum inueſtigatũ, & occurrat ſibi an hæc actio ſit juſta per applicationem ad ipſum iuſtũ. ergo ipſum iuſtum includitur in conceptu iuſti in communi, minor patet per Aug. 6. de trinitate, quærit an actus ſit perfectior & applicat ad ipſum pulchrum, ideſt Deum qni eſt pulcher, & prius non habuit cõceptum pulchri, niſi in communi. ergo conceptus ipſius iuſti, ideſt Dei includitur in conceptu iuſti in communi. ¶ Dices non poteſt applicari ad iuſtum in cõi, niſi prius ſciat ipſum iuſtum.

Aug. 6. de trinit.

CONTRA, loqueris eum pulchrum, & non noſti eum prius, cum inuenis eum iuſtum, neſcis an inueniſti, niſi intelligeretur in iuſto in communi, ergo in iuſto in communi, includitur ipſum iuſtum. ¶ Ad rationes alias, quæ fiunt in oppoſitũ, ſcilicet ꝙ ens ſit vniuocum, quia in omni genere eſt primũ ſimpliciſſimum, ſed primũ omniũ eſt ens. ergo ſimpliciſſimũ, & ſic vniuocum. ¶ Solutio, primũ obiectũ intellectus poteſt dici primum prioritate adæquationis, vel communitatis. Alio modo prioritate generationis, vel aduerſionis, quo primo aduerto, vel prioritate virtutis in cuius ſ. virtute intelligo omnia. ſic eſſentia diuina eſt primum obiectũ ſui intellectus, primo modo eſt ens communiſſimum obiectũ, ſecundo eſt nũc vnũ, nũc aliud, quod. ſ. vehementius immutat intellectum primo, primũ obiectum virtute non habet viator, ſicut dicunt quidã. Sed hoc eſt falſum, quia habet ipſum eſſe, quod eſt Pelagus primũ cauſalitate, ſcilicet Deus, qui prius intelligitur, quàm infinitę virtutis, quod patet prius, quia illud eſt aliud quodcunque, prius inquã naturaliter, & cauſaliter. Tũc dico prioritas virtutis, eſt prioritas ſimpliciter. aliæ vero prioritates ſunt prioritates ſm quid, iõ ens nõ eſt ſimpliciſſimũ, ſed ens.

CONTRA hoc, probatio, quia creatura dicitur relatiue ad Deum. ergo non intelligitur, niſi Deus prius intelligatur, ſimiliter per creaturam intelligimus Deum, nec eum intelligimus niſi per creaturam, ergo non prius intelligitur Deus, quã creatura. ¶ Dico, non video colorem, niſi videndo lucem, & lux facit videre colorem, & lux eſt primum cauſalitate, tamen talis oculus poſſet eſſe, qui videret lucem in ſe, ſimiliter talis oculus mentalis poſſet eſſe, qui videret in ſe: ſicut enim color eſt cauſa ſecunda, quare video lucem, tñ lux eſt cã prima, ſic intellectus &c. ¶ Item arguo ſic, vnius potẽtiæ vnũ eſt obiectum primum ſimpliciter. ¶ Item omnis cõceptus indeterminatus, quando deſcẽdit in inferiora, & eſt vnus in eis, eſt vniuocus, vt patet de animali. talis eſt conceptus entis, quia prædicatur de eis in quid.

DISPVTAT. XIII.

Vtrum voluntas naturaliter determinetur ad aliquid volendum.

VTRVM voluntas naturaliter determinetur ad aliqd volendũ. ¶ Quod ſic. Aug. 12. de tri.